

quingagenarium cui sunt. quia similia locutus est et similia passus de sinavit quod tertium quingagenarium qui credit fuisse ab dias. qui curuans genua coram helia ait Obsecro ut miseraris anime mee et seruo tu meo et ait agebis ad heliam de sede cum eo ne timeas Qui descendit ad regem et ait. Quia misisti ad beelzebub quasi non esset deus in ista belmorieris. Et mortuus est olozias et regnum eius per eum anno secundo ioram filij iofaphat et tunc equoci fuerunt rex in da et rex israel et affines.

De rapto helie.

HActum est cum leuare vellet dominus heliam per turbam in celum: venerunt helias et heliseus in galgala et ait helias ad heliseum. Mane hic. quia mittet me dominus in bethel. Qui respondit. Vivat dominus et vivit anima tua et quod non derelinquas te. Sciebat enim in spiritu eum tollendum esse. Et occurrerunt eis filij prophetarum qui erant in bethel et dixerunt ad heliseum secreto. Nosti quod hodie tollet dominus tuus a te. Qui respondit. Non. Silete et ait helias. Mane hic. Qui noluit. Cumque venisset in iericho. id ipsum dixerunt heliseo filij prophetarum qui erant ibi quod a predicti et voluit helias ut maneret ibi sed noluit. Cumque veniret ad iordanem ambo et quingaginta de filijs prophetarum alongete speculaentur inuoluit helias pallium suum et percussit aquas que diuisae sunt et transierunt per siccam.

Cumque transissent dixit helias ad eum. Postula quod vis ut faciam tibi antequam tollar a te. Qui

respondit. Obsecro ne fiat spiritus tuus duplex in me. Qui respondit. Res difficilem postulas. tamen si videris me quando tollar a te: erit. alioquin non erit. Spiritum duplicem habuit helias id est ad duo ad prophetiam et ad miracula. ad eadem duo fuit heliseus et ita non potest dici scipubus esse super magistrum. Quidam tamen distinguunt ita fiat spiritus tuus duplex in me id est duplicetur in me. Quod ita impletum fuisse tradunt. Nam heliseus vivens suscitavit mortuum. sed et mortuus suscitavit mortuum quod non helias. Cumque pergerent ecce currus igneus et equi ignei diuiserunt utrumque et ascendit helias et ferebatur per turbam in celum. Legitur quod sabachapater helie nondum natus vidit in somnis viros candidatos se salutantes. Quod cum nunciasset in iherusalem. visum est ei. Puer hic iudicabit israel in gladio et igni. Heliseus autem videbat et clamabat. Pater mi pater mi. currus israel et auriga eius id est sustentator populi et rector et dedit ei helias pallium suum. Tunc ille scidit vestimenta sua vel pro dolore. vel abiciens vestem suam ut dicitur uterer vestem helie et rediens ad iordanem percussit aquas pallio helie et non fuit diuisa et ait. Vbi est deus helie etiam nunc. Percussitque iterum diuisa sunt et transiit. Quod videntes filij prophetarum dixerunt. Requirit spiritus helie super heliseum et occurrentes adorauerunt eum et eo licet remitte miserunt. I. viros ad querebant dum heliam si forte projecisset eum dominus in aliquo montium vel vallium.